


KNY-18-00479





M A J E S T A T I C U S  
E X  
A U S T R I A I N H U N G A R I A M A D V E N T U S

POST TER QUINQUE DIES APRILIS, TERTIA FULSIT  
DUM : BUDA EST VULTU CONDECORATA TUO.  
PEST PARITER LUCE HAC ASSUMSIT GAUDIA DUM TE  
ALBERTO JUNCTUM, CERNERE POSSE DATUM EST.

A U G U S T I S S I M I P E R B A N A T U M A D I N F E R I O R E S P R O-  
V I N C I A S D E S C E N S U S .

A N N O Q U O

I O S E P H U S II, I M P E R A T O R p a n n o n I C a f o r t a L I C I a r e V I D e r e a b s C e s s e r a t .

I N R E I T E R A T O

S A C R A T I S S I M I , P O T E N T I S S I M I , I N V I C T I S S I M I t e r q u e q u a-  
t e r q u e F E L I C I S S I M I m o d o R E G N A N T I S

J O S E P H I I I .

R O M A N O R U M I M P E R A T O R I S , S E M P E R A U G U S T I  
G E R M A N I A E ,  
A C

H I E R O S O L I M O R U M R E G I S ,  
D U C I S

L O T H A R I N G L A E , e t B A R R I , M A G N I D U C I S H E R T R U R I A E U N I V E R-  
S O R U M R E G N O R U M , e t P R O V I N I A R U M

C O N R E G N A T O R I S  
I M M E D I A T I H E R E D I S , e t S U C C E S S O R I S D O M I N I D O M I N I  
C L E M E N T I S S I M I &c. &c.

N E C N O N

S E R E N I S S I M I A L B E R T I P R I N C I P I S P O L O N I A E , e t D U-  
C I S S A X O N I A E , I N S I G N I S O R D I N I S S . S T E P H A N I R E G I S A P O S T O L I C I  
M A G N A E C R U C I S E Q U I T I , S . C . e t R . A . M . P E R R E G N U M H U N G A R I A E  
R E G I I L O C U M T E N E N T I S , e t G E N E R A L I S A R M O R U M C A P I T A N E I  
C A M P I M A R E S C H A L L O ( T i t . ) &c. &c.

J A M T E R Q U I N Q U E D I E S V E N E R U N T , T R E S Q U O Q U E M A Y  
C A E S A R I S A D V E N T U S , Q U A P O P U L U S P E T I I T .  
V I V E J O S E P H E D I U M U L T O S F E L I C I T E R A N N O S  
J U N C T U S E T A L B E R T U S , B L A N D E J O S E P H E T I B I .

L I B E R A M e t M A J E S T A T I S R E G I A M P E S T O P O L I T A N A M C I V I T A T E M  
A D V E N T U .

I t a T e s t a r i c o n a t u r

F R A N C I S C U S B A L A S K O N . J U R A T U S A D V O C A T U S e t H O M A G I A-  
t u s C i v i s P e s t h i e n s i s .

A n n ð q u ð

C O E L U M I O S E P H I I I . P I A V O T A S E C U N D A T .

P E S T I N I , T Y P I S E I T Z E N B E R G E R I A N I S .

卷之三十一

3

卷之三

212. *Urolophus* *gigas* (Gmelin).

10. *Leucostethus* *leucostethus* *leucostethus* *leucostethus*

KNY-18-00479





*Iustum deduxit DEUS per vias rectas, & ostendit illi Regnum  
DEI. Sap. Cap. 10.*

AUGUSTISSIME ROMANORUM IMPERATOR, ET MA-  
XIME ORBIS TERRARUM MONARCHA !



Unquam uberiore lætitia exilis mea Camæna  
potuit exultare, quam dum MAJESTATIS VE-  
STRÆ præstantialis Splendor plusquam Phœbeo lu-  
mine hocce Hæreditarium Marianum Regnum Hun-  
gariæ cum suis Provinciis irradavit.

Idcirco ego etiam cum tanto concursu, & maximo applausu iterum atque  
iterum quarta vice in Sinum Dexteræ plus & ultra merita mea Gratiae MA-  
JESTATIS VESTRÆ de genu homagiali mei currunt Amores, quos Magnes  
MAJESTATIS Animus ad se dulciter trahit, eum in finem adsum ut de felici,  
ejusdem MAJESTATIS adventu, feliciorique Conspectu Gratulabundus, No-  
mine omnium Fidelium hic congregatorum soluto & ligato Stylo, de genu  
Homagiali pro Obligamine MAJESTATEM VESTRAM Sacratissimam cum  
serenissimo REGIO Locumtenente venerer humillime, ac reverear devotissime.

Animat me Fidelem clientem subditum ac hujus peculii REGII Homagi-  
atum Civem, hæc quotidiana Experientia quâ doceor MAJESTATIS Sacratissi-  
mæ paterna Clementia hoc amplius atque etiam amplius quod Exemplum sine  
exemplo auditur: quocirca gratulor super MAJESTATIS VESTRÆ cum se-  
renissimo REGIO Locumtenente felici descensu, feliciorique adventu ac una simul  
ex inferioribus Ditionibus reditu.

Gloriosè Imperans Imperator, & CORREX, seu Dulcissime Patriæ Pater,  
nec non futurus Noster Apostolicus REX.

S A L V E.

Quale Gaudium cum applausu fuerat, dum MAJESTATIS VESTRÆ Tri-  
tavus FERDINANDUS I. ARCHI-DUX Austriae cum ULADISLAJ

A

olim

olim Regis Hungariæ Filia ANNA Sacro Conjugij fœdere junctus : & Alba Regalis cum ANNA Regina Conjuge Annō 1527. Die 5. Novembri in REGEM Hungariæ Coronatus fuerat :

Ac post sui in REGEM Coronationem in medio Metropolis Urbis Budensis palam & publicè fati Regni Inlyti STATUS , & ORDINES felices tum hoc , quam Subsequo 1528. Anno Comitia Regni celebrantem Venerabundi conspexerunt.

Posthac Solimanus Turcarum Imperator , coacervavit ingentēm contra FERDINANDUM Imperatorem , exercitum , qui dum Anno 1530. Limites fati Regni penetrasset , omniaque ferrō , & igne vastasset , Budam Annō 1541. adproximasset : Occupatā inde jam Budā , numerosum suum Exercitum Viennam versus destinavit , tunc non tantum Hungaria cum suis Provinciis adnexis , verum etiam ipsa Austria cum suis Regulis , sed & totius Christianitatis Terrarum Orbis , cum universis Incolis gemebat ; imo & ipsam Augustalem Urbem Vienam a Die 16. Septembris usque Diem 15. Mensis Octobris arctissimā obsidione cum 20. aliquot assultibus pressit. Sed adventu copiarum interea Congregatarum Imperialium intellectō amplius pérferre incapax inopinatē obsidionem solvit , citatis adeoque Gressibus cum suo residuo Exercitu profugit ; quod intra spatiū 5. Dierum Viennā Budam pervenit.

Buda cum Regno Hungariæ & sibi Provinciis adnexis , per Turcam occupatā , ut prius dictum , & sub Barbaricum Dominatum Anno - - & sine Coronato Capite per Sesqui alterum Sæculum viduatum gemuit : Inde secuta est funestissima Rei Christianæ sors.

Quomodo ego ? olim famosissimi electi Romanorum Imperatoris , & Regis Hungariæ Gloriosæ Reminiscentiæ LEOPOLDI MAJESTATIS VESTRÆ Sacratissimæ Abavi semper Augusti inexplicabilem Triumphum adferam , seu Paternum Amorem proveham , quem erga Hocce Marianum , & Apostolicum florentissimum , & Nobilissimum Regnum Hungariæ habuit , quod cum suis Provinciis ad Sacram Regni Coronam pertinentibus : Utpote Bohemia , Transylvania , Ludomeria , Cumania , Ramma , Sclavonia , Dalmatia , Croatia , Gallia , Servia , seu Syrmia , & Bosnia , Item tribus Carpaticis Montibus Tatra , Fatra & Matris , nec non quatuor Navalibus flaviis , Danubio , Tybisco , Dravo , & Savo , sub Ottomanico velut Barbarico Christianorum capitalis hostis jugo ultra 160. Annis subiectum misere gemebat , & ad instar Patriarcharum , & Prophetarum in Lymbo existentium , qui diu noctuque nihil aliud præter ; Rorate Cæli desuper , & Nubes pluant iustum , aperiatur Terra , & germinet Nobis Salvatorem , plorabant ; Ita hocce Marianum , & Apostolicum Regnum Hungariæ e manibus Turcarum recuperationem efflagitabat.

Divino sane cum Triumpho suis vicitribus armis , & Lotharingi , JEROSOLIMORUM REGIS juvamine fortalitia , laurinense. Anno 1598. Alba-Regalense prout & alia quam plurima , Budense vero Annō 1686. Die 2. Septembris ab hinc ante 84. Annos feliciter recuperavit , seu e jugo Barbarico eliberatio assulfit victoriosa , & hanc Pestensem Civitatem JURE Postlyminij evolutis 17. Annis adinstar Metropolis Urbis Budensis , & Residentiæ Regis Annō 1703. Die 23. Octobris abhinc ante 67. Annos Liberam , Regiam , atque Nobilem decrevit , eique Privilegia ARMA , JUS Gladij nec non duo Prædia , Szent-Lászlo & Burgundia Benigne contulit suoque regio diplamate , seu Regni diadematæ clementer condecoravit,

Vel

Vel quomodo inquam ergo ego? Sacratissimi Romanorum Imperatoris & REGIS Hungariae CAROLI VI. MAJESTATIS VESTRAE Avi, semper Augusti ab hinc ante 56. Annos & Clementissimae Dominae MARIAE THERESIAE Dulcissimae Genitricis in Regnum hocce JURE Hæreditario successoris devolutum Annô 1741. Primus ingressus, dum per Gloriosam SUI Coronationem abhinc ante 29. Annos MAJESTAS consolatum reddidit.

Testatum id reddit: Secundus Majestaticus Maternus, & Paternus in hocce Marianum Hæreditarium suum Regnum ingressus, dum: Augustissima Romanorum Imperatrix MAJESTAS & Regni Hungariae REGINA MARIA THERESIA Hodiedum feliciter Regnans, pro tunc cum Famosissimo Potentissimo, & Invictissimo Romanorum Imperatore & REGNI Hungariae Corregente FRANCISCO I. semper Augusto. MAJESTATIS Conjuge, erga hanc Liberam & MAJESTATIS Regiam Civitatem, Pestopolitanam & sua Castra seu exercitum Anno 1751. Die 4. Mensis Augusti, Gödöloensem Arcem seu Castrum 10. nec non Metropolim Urbem Budensem 11. ejusdem Mensis abhinc ante 19. Annos suis clementissimis praesentiis illustrarunt.

Qualis Triumphus cum applausu tunc fuerat dum: Tertiario ex Austria Vienna, per Posonium durante Generali Regni Diæta beneficio Danubii occasione Navalii Augustissimæ MAJESTATES MARIA THERESA Imperatrix & Regina modo feliciter Regnans, quam MAJESTATEM DEUS profatio Regnorum suorum, & Provinciarum, atque Ditionum diurno Gubernio Regiminumque felici Triumpho sanam, vegetam, & Incolumem maturos, ac Nestoreos in Annos feliciter terret: & Gloriose reminiscientæ FRANCISCUS I. Imperator & Regni Hungariae Corregens, Cui DEUS det Requiem æternam, & perenne Diadema Cœlestis. Ac Sacratissimus JOSEPHUS II. pro tunc electus, & Coronatus Romanorum REX modo vero Gloriose Imperans Imperator, & Conregnans ac Dulcissime Patriæ Pater nec non futurus Noster Apostolicus REX semper Augustus, atque Serenissimus LEOPOLDUS modo Magnus DUX Moguntinus, seu Hertruriæ, Archiduces Austriae, & Sacrae Coronæ Regni Hungariae Hæreditarii Principes, cum MARIA ANNA, ET MARIA CHRISTINA, duabus ARCHI-PRINCIPISSIS. Item cum Serenissimo ALBERTO S. C. & R. A. M. per Regnum Hungariae Regio-Locumtenente PRINCIPE Poloniæ, & Duce Saxoniæ Vacuum Episcopalem Civitatem, & Metropolim Urbem Budensem, ad semel Tria Coronata Capita Majestaticis radiis cum Augusta Aula irradiare non dedignabantur, quod ante hac a Memoria hominum nunquam auditum fuit ut Urbs Buda Metropolis, & Civitas Pestiensis tot MAJESTATIBUS coronatis ad Semel condecorata fuissent.

Præter hæc Pestopolitana Civitas cum Militari invalidorum domo ex Imperio Romanorum REGEM neminem alium advenientem in hoc volatili tractectu nisi pro tunc Gloriosissimum Romanorum REGEM JOSPHUM II. &c. & Serenissimum LEOPOLDUM 31. Mensis Augusti Anno 1764. soleñiter exceptit.

Hasce gratias gratiarumque radios ad moenia urbis Budensis eadem die, qua Pestini existebant palam, & publice conspeximus felices, O dies dierum memorabilis! ad quod & tantum spectaculum non tantum trans, & cis Danubium, Tybiscum, Savum, & Dravum fluvios, nec non ex Confiniis Regni ad beneventandas Majestates cum Augusta Aula concurrerunt homines, verum etiam ex aliis Regnis, & Provinciis advenerunt.

Jos.

*Jos. 2. v. 2. Sicut Populus præparatus ad prælum.*

Præ nimio gaudio urbis Budensis mœnia exultabant tormentorum boatus salve red-debant : & actu reddunt : Campanæ sonitu suo signa dabant , & actu sonant : Tympanæ cum tubis echo resonabant , & s̄vaviter sonabant , & actu sonant : Proceres , Status , & Ordines , ac Clerus cum adstantiis , & Ecclesiasticis Ceremoniis Majestates cum Augusta Aula reverebantur , & actu venerantur. Horum Pest , Pilis , Solth articulariter unitorum Comitatum I Universitas de genu homagiali ad rippam Danubii ex parte Pestiensi Majestates beneventavit , & actu beneventat.

Ex utraque Parte Civici Magistratus tam extra , quam intus mœnia cum Civibus , Senibus , & Juvenibus publice Majestatibus fidelitatem vovendo , Claves præsentando unanimiter AVETE dabant , & actu salutant , DEUM laudantes , acclamantes : *Benedictus , qui venit in nomine Domini* : Vivant Majestates cum Augusta Aula in annos Nestoreos diutissime , & perennent felicissime pro Gloria Dei , Regnum . Provinciarum , atque Ditionum diuturno Gubernio , Regiminumque felici triumpho provehebantur , & actu aggratulanter.

Quarum Majestatum Successus Germini Universus propemodum Christianus subiacet Orbis , nullo unquam sæculo in cordibus Fidelium obsecrantur : verum velut ex cineribus Phœnix surget , & revivescet. Ita in Posterorum Nostrorum Sangvine sperans Pellicanum fore , eo etiam magis Majestatum Vestiarum adventus in posteris nostris relucescet , ac fama æternum volabit Quia Regnantes Majestates dulcissimæ Patriæ tulerunt augmentum.

Anno,

Quo Metropoliis ternis fuit DeCorata Coronis  
Gloria Domini , & sempiterna ejus Veritas , & Divinitas

Dum fluit unda Istri , dum Pannonicus ora manebit.

Sancta erit Hungaricis Pragmatica Sanctio Regnis.

Vivite felices Nati , Natæque Parentes ,  
Et Nati Natorum , & qui nascuntur ab illis.

Major adhuc hæc felicitas : si rem accuratius consideremus Auditores ornatiissimi , quod id testatum reddit : Primus , secundus , & tertius , testatum reddit Paterna Gratia , & Clementia gloriose imperantis imperatoris , & corregentis cum Serenissimo Locumtenente dum : de novo secunda vice ad fideles subditos suos veniens per sanctissime insinuatam Hæreditario Regni Comitatibus , & Civitatibus unionem non aliud , quam eorum publicum bonum , ac eorum emolumen-tum , securitatemque providere , tranquillam pacem stabilire Paterna sollicitudine Majestas meditatur.

Id namque exigit a me , & hujus peculii Regis Fidelibus Civibus ultra humillimam erga MAJESTATEM VESTRAM , obedientiam , obligationem , ac homagialem devotionem , seu proprium experimentum , emolumentum , ac commodum : Dum toties quoties MAJESTATIS VESTRÆ præsentia mihi , cum aliis Civibus frui licebit singulari , nunquam sine consolatione Divino Numini & Sacratissimæ MAJESTATI VESTRÆ , cum Serenissimo Locumtenente infinitas Gratias adesse datum est.

Quod etiam in præsentiarum ex debito humillime , ac submississime omniisque cum devotione , & esto pari in respectu meritorum Majestatis Vestræ pondere per-solvar : Nihilominus tamen altissimo Cœli , Terræ Conditori supplicans , ut Ma-jesta-

jestatem Vestram diu pro salute Populorum sibi subjectorum conservare , ac de hostibus suis Triumphare facere , ulteriusque feliciter in hocce Hæreditarium Regnum ad solamen & Gaudium fidelium suorum deducere dignetur.

Et sane si Alexandrum Magnum alias virtute , & gloria & prudentia ab orbe magnum dictum rememoro Majorem merito in MAJESTATE VESTRA sacratissima mirari debet Orbis Ille enim bello armisque captas innumeratas Provincias plus charorum suorum commodo , quam populorum sibi subjectorum conservationi studens inter ipsos Teste Sacra Scriptura adhuc : Vivens divisit & qui sub uno corpore audit : Mundi domitor Alexander diviso inter eos Imperio vix illorum uti & Populorum suorum famam , nedum provincias conservavit. MAJESTAS autem VESTRA sacratissima plus Regnorum , Provinciarumque suarum & in his existentium subditorum sibi populorum saluti , quam Sanguinis sui commodo consulens non eorum divisionem , verum potius divisarum coronarum ad Christiani Orbis , populorum suorum tutamen , unionem perpetuam effecit , per quod si unquam alias nunc certo illa Salomonis Regis vivere cœpit Hungaria aurea tempora , quibus Sacra Scriptura referente asserebatur : Habitasse Judam , & Israël absque timore ullo unumquemque sub vite sua , & sub fico sua a Dan , usque Bersabee cunctis diebus Salomonis . Vivimus nunc sane absque timore ullo , populis Cunctis & vel maxime Hungariæ fatalis Interregni accessiorumque exinde malorum , sub perpetua Austriaci Augusti sanguinis protectione ; vivimusque DEO , incrementum , uti firmiter credimus , dante , ab Oriente , usque ad Occasum cunctis diebus MAJESTATIS VESTRÆ Sacratisimæ , & Augusti Sanguinis Austriaci utriusque sexus.

Progredere igitur clementissime Domine cum serenissimo Regio locumtenente etiam ulterius ex propriis in hancce Liberam , & Majestatis Regiam Civitatem Pestopolitanam tamquam in propriam progredere , animos adventum MAJESTATIS VESTRÆ & serenissimi Regis Locumtenentis anhelantes augustissima presentia amplius atque etiam Amplius consolare non dedignet ! ego inter exindultu , & annutu MAJESTATIS VESTRÆ , & serenissimi locumtenentis adventum sum annuntiaturus.

Super clementissima & ingenita sua pietate , & Justitia , quod hujus Civitatis & Incliti Regni Hungariæ fideles subditos invisere & consolatos reddere dignata est Majestas.

Pro qua gratia , cura , sollicitudine , atque clementia ego omnium fidelium subditus dum humillimas easque quas immortales Sacratisimæ MAJESTATIS VESTRÆ , qua Domino Domino , & CON-REGNATORI , & futuro nostro Apostolico Regi , nec non dulcissimæ Patriæ Patri clementissimo & serenissimo locumtenenti cum summa animi mei devotione refero grates gratiasque simul , & eidem florentes ad maturos vividæ senectutis annos omnigenarum prosperitatum atque felicitatum genere refertum inque seros nepotes ardentissimis votis compreco.

DEUM ter optimum maximum orabo quod etiam impræsentiarum ex debito demississime , ac submississime , omniq[ue] cum homagiali devotione voveo: ut in hocce Regno commorantem & ubique locorum cum serenissimo Locumtenente progredientem felix atque faustus sit , per Hungariam & Provincias tum

hic commorantem , aut ubicumque progredientem ab omni malo præservet ,  
& custodiat Angelus Rapaël & sit Comes itineris expropriis ad propria ducat ,  
& reducat : prout olim Juniorem Tobiam in Terram meden perduxit super eo  
gratulor , quod feliciores & sanores redeentes cum serenissimo Locumte-  
nente conspicere valeo , sanguinemque & vitam pro omni occasione  
Homagiali obligatione devoveo.

# DIXI.



Bene-

*Benedictus Dominus DEUS Israel quia visitavit & fecit redemptio-  
nem plebis sue:*

AUGUSTISSIMÆ MAJESTATIS  
ET SERENISSIMI REGII LOCUMTENTIS

Ex

Inferioribus Partibus, & Provinciis Pestinum primus & secundus redditus.

**A**dvenientem igitur TE CÆSAR Regna salutant,  
Hungariæ & Populus vota precesque facit.  
Hungaria reducem Pestinum & Buda salutat,  
Quem Junio optavit Tertia Mense dies.  
Atque Tibi septem gaudet Tabula ipsa virorum  
Quæ TE Felices optat habere dies.  
Hæc TE felicem Corregem nominat, atque  
Regia Corregi Tempora læta canit.  
Tempora læta canit, natus quoque ad Arma fidelis  
Miles, sic omnis debita vota facit.  
Si TIBI quisque parat (sis prosper) & omnem bellum  
Devincas Hostem: summe Monarcha TUUM.  
Militibusque TUIS lassetur dextera nunquam:  
Victricem ut possint sæpe referre manum.  
Obsequiumque TIBI referunt nec inutile Patres  
Utque diu vivas munera Corde vovent.  
Pest, Solth, atque Pilis, Urbes pagique precantur,  
Ut TIBI, in Orbo diu vita beata fluat.  
Hungariæ Regnum Corregem Te tenet alnum  
Faustius exoptans ut TUA Regna regas.  
Incolumis quod TU felixque adveneris ergo  
Omnes TE viso Gaudia fusa dabunt.  
Felici reditu gaudet TIBI Magne MONARCHA  
Urbs antiqua manus quæ fuit ante TUÆ.  
Supplex cum votis venit cum Plebe senatus  
Auxiliumque petit summe MONARCHA TUUM.  
Nec solum Hungariæ Regnum TIBI Gaudia promit  
Gaudia sed pariter Magna Croatia habet.  
Syrmia consimilem jungit Sclavonia plausum:  
Quin gaudent Domino Singula Regna suo,  
Syrmia testetur dicant sua vota Bohemi.  
Sic aliæ Partes vota diserta canant.  
Syrmia non tantum verum Dalmatia votum  
Adjungetque suum quod TUA facta volunt.  
Ergo concordem promant TIBI Regna favorem  
Correx & est Noster floreat & ejus amor.

POETA

P O E T A  
FELICEM ASCENSUM EX HUNGARIA VIENNAM VER.  
SUS PRECATUR.

Pestino quinta Cæsar cum Principe perget  
Felicem Cæsar carpat uterque viam.  
Regna potestates Felicia verba precantur,  
Omnes felici fausta precantur ope.  
Regna potestates non tantum Gaudia fundent,  
Sedque etiam felix Austria vota dabit.  
Ad propria ex propriis Cæsar TE vertere possis,  
Luceat & reditu Magna Vienna TUO.  
Atque TUI Regni si jam capiaris Amore  
Conspectus felix Buda precatur iter.  
Jam si ascensus erit conventio docta virorum,  
Poscit Iter felix Alme MONARCHA TIBI  
Ipse precor votis ut Numina DIVA secundent,  
Et semper summa prosperitate beent.  
Extremo precor ut postquam finiveris istam  
Vitam Dent superi Regna videre Poli.  
Sit Verbum, flamen, Pater, & sit dulce Juvamen,  
Suscipte Solamen, Gaudia semper Amen.

C E C I N I.

